indignus non est, quia nemo iure dominorum haereditate cogitur suo periculo adire, l. nemo ex eo C. de iure deliberandi, cum aliaque et plenae probabiles causae sint recusandi aditionem, l. quia 4. D. ad S. C. Trebell. l. filio 87. D. de legatis 1. quo circa hic haeres etiam post aditionem coactam et restitutionem non solum titulum haeredis, sed et portionem hae= reditariam quam coactus adijt, retinet iuris intellectu, quo attento indignus non est, et ergo haereditas consistit, etiam sine ullo corpore, l. haereditas 50. de petitione haereditatis. quia et restitutio transtulit in fideicommis= sarium magis id quod fuit portionis haereditariae quam portionem ip= sam, quae post aditionem haereditaria esse desinit, l. in fideicommissaria 56. §. quotiens. D. ad Trebell. l. 1. §. Scaevola. D. si is qui test.° liber. q.° et ius accrescendi, quod ex autoritate iuris pendet, et portionem haereditariam sequitur, l. si titio 33. §. 1. D. de usufructu, sequi potius debet, etiam post restitutionem haeredem coactum, apud quem etiam tunc haereditaria portio iuris intellectu est, quam fideicommissarium, apud quem ea portio non est haereditaria, quamvis ei restituta sint bona quae haereditatis fuerunt. d. l. Papinianus 41. notat Faber de erroribus decade 50. error. n.° 6. Richardus ad hunc titulum cap. 29. n.° 61. nec repugnat quod diximus 5.° n.° 20. et sup. ponitur in d. l. Papinianus 41. portionem quae post restitutionem accrevit ei, qui coactus adijt, restitui fideicommissario de= bere, et quod magis urget, et probet etiam indignum esse iuris commo= darum?, haeredem coactum negari ei quartae deductionem, l. 22. quod 14. §. qui compulsus. l. si patroni 55. §. quid ergo. D. ad Trebell. l. 4. C. eodem cum tamen ea deductio ex solo iure pendeat. l. titio 36. in fine D. ad legem Falcidiam, iuxta tradita 5.° n.° 20. quippe respondendum est retentionem quartae et portionis quae sibi accrevit, negari ei, qui coactus adijt, non ut indigno iuris commodum, sed quia indignus solum est eo perfectu commodi, pretiumque eius institutione, et aditione quae accrevit. d. l. si patroni 55. §. quid ergo. l. 22. quod 14. §. qui compul= sus. D. ad Trebell. et cum eo quod sit introductum fuerit S. C.to Pegasiano,

N. 17.

ut heres eo lucro invitaretur ad hereditatem sponte, et suo periculo adeundam; sed quia §. in fi. Inst. de fideicom. heredit. consequi non est, neque incommodum ei etiam non indigno, qui coactus, et alieno periculo, scilicet fideicommissarii, adierit hereditatem, d. l. quia si heres, nec quartae ibi ratio haec redditur. Lex. arg. 10. in fine. l. qui totam 45. D. ad S. C. Trebell. Ille, qui in herede taciti rogato non facit, ut ei portio vacans accrescat, ratio illa portionis hereditariae simul cum titulo heredis intentae iuris intellecta, quia quamvis heres permaneat pro parte de qua semel adiit, d. l. ex facto. §. Iulius. cum tamen sit indignus emolumenti iuris, cui fraudem fecit, non intelligitur eo iure partem retinere, ut ei alia accrescat, eoque signanter respicit Ulpianus noster in praesenti dum [illegible] nihil ei posse accrescere, quod minus recte erit, ut posita portione cum titulo heredi retinenti, sed nihil ei debere accrescere, neque ut id probat eam ratione vetet, quia veram sive portionem non habet, sed quia eam non videtur habere, nempe quoad effectum fruendi iure accrescendi inducto legibus, quas fraudare voluit, ut vox videtur sit nota improprietatis, sicut in l. naturaliter. 12. D. de adq. poss. explicat Antonius Faber de erroribus. decada 50. errore. 5. n.º 6.

N.º 27. Ex eiusdem principii filo, nectenda est explicatio secundi argumenti propositi s.º n.º 17. et confirmati n.º 20. in fine nam quod placuit heredem, qui in fraudem legis tacitam fidem dedit, admitti ad substitutionem pupillarem, ita facta, quisquis mihi heres erit, et quidem cum effectu etiam pro ea parte quam fiscus abstulit d. l. ex facto. 43. §. Iulius. eam rationem habet, quia heres tacite rogatus non est indignus respectu testatoris, et eorum quae pendent ex voluntate illius, ea de qua pacta fide quae commodis est ut monuimus s.º n. 21. ius autem succedendi ex substitutione pendet, non ut ius accrescendi [illegible], sed ex voluntate defuncti substituentis, et ideo ut admittatur ad substitutionem [illegible]

pro ea parte

pro ea parte, ex qua institutus adiit, contra illam ipsam retinere etiam portionem, quae ereptae est. d. l. cum facto. 43. §. Iulius, notat recte post Fabrum d. errore 5. n.º 6. Valentia lib. 1. illustrium tract. 1. cap. 2 n.º 22. et 24. e contrario, qui coactus adiit, restituitque, admittitur quidem, ipso iure sicut ad accrescendi ius: d. l. Papinianus. 43 ita et ad substitutionem ex formula quisquis mihi heres erit. d. l. statione, 27. §. qui suspectam, et ad substitutionem etiam pupillarem factam sine illa formula d. §. qui suspectam non tamen admittitur, ut eam effectu retineat. d. l. si patroni. 55. §. quid ergo. 2. in fine, namque et cogitur primo casu restituere fideicommissario, quidquid ex substitutione ad eum pervenerit, et secundo etiam casu, si solus heres institutus sit, d. §. qui suspectam, quoniam utroque casu ius succedendi in substitutione pendet ex institutione et aditione, primo casu quia vocatur ad substitutionem, pro qua parte institutus fuit, et heres extitit. l. 3. l. 5. l. qui liberis. §. ult. D. de vulg. secundo, vero quia nisi ipse adiisset, qui solus institutus est, pupillaris substitutio simul cum testamento principali evanesceret. l. 1. §. ult. l. 2. §. quisquis. D. de vulg. non debet autem retinere commodum ex ea institutione et aditione quam recusavit, et coactus alieno que periculo admisit. d. l. qui 4. vero, nec quartam d. §. qui suspectam, eo que saltem et respectu indignus videtur: ut Papinianus loquitur. in d. §. quid ergo. 2. vers. cum eum;

N.º 27. Illud tamen etsi breviter proponere et affirmare necesse est, haeredi coacto iure retinendae haereditatis ex substitutione in duobus casibus propositis, non tamquam indigno proprie absolute que nec tamquam voluntatis defuncti impugnatori denegari, id eum sicut et, eripi etiam ei alia commoda, [illegible] ex substitutione pupillari facta, eo casu quo ei coheres datus est, sicut et indistincte eripitur a lege indignis, impugnatoribus. l. si is qui contra 22. D. de vulg. l. 2. l. 8. §. qui principale l. cum tabulis. 16. D. de his quibus ut indignis. l. filius. 5. §. non solum D. de legatis praestandis. l. in servitute. 16.

91

l. ea servitute, 16. §. si qui bonorum, D. de bonis libertorum, et quod eis datum est a legatario, aut statulibero, conditionis implendae causa d. l. 5. §. alia causa 13. D. de his quae ut indignis. et fructus quales cumque sine probabili ignorantia etiam, ante litem, indignitatis mala fide percepti. l. haeredem, 51. cum l. seq. D. de his quae ut indignis, l. 1. C. eod. quae tamen singula haeredi coacto non adimuntur, d. l. ita tamen, 17. §. si servus 1. et §. qui suspectam, l. qui haeredi. 44. §. sed cum suspecta, D. de condit. et demonst. iuncta l. is cui haereditas, 34. D. de conditione indebiti. Adeo itaque ut alia et alteriora omnia, qui compulsus adijt retinet cum affectu haereditatem pupilli ex substitutione facta eo casu quo ei cohaeres datus fuit, quia cum tamen eo etiam, qui suspectam dixit, respondentem, potuerit substitutio cohaerede adeunte conformari, non censetur vis substitutionis praecise dependere ex institutione aut aditione coacta, pro eo namque ex ista commodum rationem proprie intelligitur, quia coactus adijt. quamvis ex substitutione haereditatem retineat pupilli, ut ratiocinatur Iulianus in d. §. qui suspectam, in fine, in quo, et alijs explicandis, eiusque ratione captant eam potius quam capient Faber. Valentia que supra laudati

[illegible margin note]

Deinde

N.° 29. et ex superiori distinctione et principijs hac praeferenda et prima, quae proterius argumento expendimus sup. n.° 27. et 20 in fine in l. cum qui 13. § ult. D. de his quae ut indignis. dum scribit haeredi tacitae fidei administro, etiam si fiscus ut indigno partem ex qua institutus est. auferat integram tamen partem ei praelegatam relinqui. quemadmodum et ei haeredi relinquitur, cuius nomen praecepto testamento testator deleverit l. [illegible] quod 12. in fine D. de his quae ut indignis. l. proxime 3. D. de his quae in test. delentur. quod sane obscurum est, namque et auferetur praelegatum haeredi qui coactus adijt. quamvis ut diximus non proprie indigno. d. l. si pater 55. § quid ergo. 8. d. l. ita tamen 17. §. si per ceptis. l. ad Trebel. et generaliter haeredi indigno, qui

in Aircanda

in delicenda defuncti morte cessavit, praelegatum etiam enfertur. l. si quis: quam. 15. § 1. D. ad Syllanianum, sicut et denegatur ei qui contra tabulas bonorum possessionem accepit. l. filius 5. § cum vero, et § non idem, D. de legatis praestandis. et e contrario coheredi qui falsum codicillos dixit, in quibus ei coheredem relictum est, extinguitur eam relicti pars, quae legati iure consistere potuit. l. heredi. 15. D. de his quae ut indignis. tot difficultatibus expediendis impediunt. potius quam iubent veteres novioresque interpretes. nam Cevatius. lib. 16 quaestionum Papiniani ind. l. cum quidam 12. ad fine, de his quae ut indignis. non tam illustrat. et d. l. cum qui. 16. § ult. cum d. l. si quis quam, 15. § 1. ad Syllanianum nectit. potius quam solvit. nam differentia aliqua rationem reddit, nec felicior idem Cevatius. lib. 15 responsorum Papiniani ind. l. cum qui. 16. § ult. dum post Gofredum et Albericum ibi docet: ideo ind. § ult. heredi tacita fidei nec integrum praelegatum relinqui, quia tacitam fidem dicontinuat in hereditate adhibuit, ut exprimitur ind. § ult. sive in fideicommisso portionis suae hereditariae restituendae incapaci aperte, heres non portionem simpliciter sed vel hereditariam portionem vel hereditatem restituere rogatur, incapaci non venit praelegatum in restitutione fideicommissaria, sed apud heredem rogatum manet. l. si Titius. 96. de legatis. 3. l. Marcellus. 3. § quidam 4. D. ad Trebell. et idcirco neque continetur praelegatum fideicommissi hereditatis incapaci relicto tacite, ut tanquam ereptitium cum hereditate ad fiscum pertineat: ne in eo famosi istos heres inique non delinquit. d. l. cum qui. 18. § ult. uti vita d. l. exfacto. 83. § Iulius. non felicior inquam Cevatii haec interpretatio, quia fideicommisso hereditatis vel portionis hereditariae continetur saltem ea praelegati pars, quae iure hereditario capitur. l. in fideicommissaria 18. § ult. D. ad Trebell. l. filius quem 24. C. familiae erciscundae, proinde et contineri debuit, poena ereptitiae hereditatis, ut tanquam eius pars ad fiscum perveniret pars praelegati hereditaria

neque indigno

neque indigno integrum prælegatum relinqui. vid. l. cum qui 18. §. ult. D. de his quæ ut indignis.

N.° 30. Quæ propter his, et non dissimilibus antiquorum omnisis interpretationibus, quorum post Bartholum vid. l. cum qui 18. §. ult. meminit Ioannes Igneus vid. l. si sequens 25. §. 1. D. de S. C. Syllaniano. ut reis proprie et plane explicatur, in memoriam revocandum est id quod sæpe iam diximus, nempe heredem tacite fideicommissi susceptorem non esse indignum respectu voluntatis testatoris, et eorum, quæ circa possent. ideoque neque auferri ei quæcumque ex voluntate defuncti defereretur, quamvis auferatur hereditas, simul cum ea quæ tribuentur iuris auctoritate, et censura quæ attenta pro indigno est. ut docuimus s.° n.° 21. 24. 25. et 27. ex quibus dubitandi ratio et decidendi infertur, apud Papinianum vid. l. cum qui 18. §. ult. nam cum ibi proponitur legatum heredi ex parte relictum, eius naturæ sit, ut adquiratur ex parte quæ iure hereditario, pro parte hereditaria cui est relictum est, et iure legati pro parte coheredis. l. in quartam 91. D. ad legem Falcidiam, et quidem ex ratione iuris, quæ non patitur ut heres, qui adeundo fit debitor legati, pro qua parte heres extitit. l. si heredes 129. D. de legatis 1. l. quotiens 23. ad Trebel. proxime nat. de legatis. sit pro eadem parte creditor legati seu legatarius. l. legatum 116. §. 1. l. plane 34. §. si duobus 11. cum seq. D. de legatis 1. ideo quæ adita semel hereditate ab eo herede cui legatum est, legatum pro ipsius parte hereditaria non constitisse apparet. et portionem illam quæ legati iure non consistit, pro herede possidere a primo vel 1. §. qui vero. D. quod legatorum consequens videbatur. heredi tacite fidei admissio. ideoque indigno iuris censura auferri debere portionem prædicti prælegati in qua legatum non consistit, quæque pro herede possidebatur, ut posteà pars eius portionis hereditariæ quam adiit. et quam idem fiscus evincit, quia in ea tacitum ministrum suscepit. quomodo dubitandi hæc ratio ex primitur a

Papiniano,

Papiniano, in d. l. cum qui 13. §. ult. vers. quamquam, sed in contrarium vincat fortior Papiniani decidendi ratio, si observetur legatum haeredi ex parte relictum, quamvis secuto effectu aditae haereditatis ab eo haerede cui relictum est, non consistat, neque ex ipsius iure legati nisi pro parte cohaeredis, tamen ab initio, et ante aditionem totum valere. et quidem in solidum iure legati inspecta voluntate testatoris, neque tunc impediente iure quia et testator, qui solidum haeredi legavit, voluit, ut in solidum, quando et quatenus posset legatarius esset. et non impedit quominus in solidum legatarius sit iuris ratio. sive debiti et crediti in eiusdem haeredis persona concursus, qui nullus est ante quam haeres adeat, existat ve, quia neque ante incipit debere legata l. 3. D. de legatis 1. l. 3. §. ult. D. quibus ex causis in possessione eatur. et si legatum hoc ab initio non existeret, regula Catoniana quae obstat ne legatum inutile ab initio postea convalescat. l. 1. D. de regula Catoniana, obstaret etiam ne hoc convalesceret. neque posset adquiri in solidum iure legati. etiam si haeres cui relictum est, repudiaret, quod tamen contra est. l. qui filiabus 17. §. ult. cum l. seq. l. filio 87. cum tribus seqq. l. quarta 91. §. duobus. de legatis 1. l. apud Celsum 4. §. si quis aeque in D. de doli mali et metus exceptione l. cum ratione 12. C. de legatis. notat ex nostratibus D. Ioannes Chamaçaro select. cap. 15. n.º 9. et seq. ergo ut concludamus, cum legatum hoc haeredi ex parte relictum deferatur, debeatur que ei ex voluntate testantis. et quidem in solidum iure legati quamdiu et quando haeres non est, velleti ante aditionem, aut post repudiationem consentaneum utique est, haeredi cui propter fidem tacitam fiscus haereditatem aufert, quamvis eam adierit, cum tamen in effectu haeres non maneat, et indignus non sit, respectu testantis, eiusque voluntatis, relinqui integrum praedictum legatum quia quamvis ratio iuris eam tunc ut potè post aditionem efficiat,

ut legatum

vt legatum, nonnisi pro parte coheredis, consistat iure legati, et inducat varietatem possessionis, scilicet vt capiatur pondere- terque, partim iure legati, partim iure hereditario, non tamen inducit diuisionem voluntatis defuncti qua a tanto non diuersa, sed vno eodemque iure legati defertur ab initio, debetque ex post facto ei qui heres non est, et consequenter huic vel maxime quia effectu heres non manet, et eius voluntate defuncti non male manauit; quomodo eluciandandum et ad distinctionem nostram referenda est Papiniani decisio, et ratio in d. l. cum qui. 12. §. vlt. ante, traditis a Cuiacio ibi lib. 15. responsorum Papiniani.

N°31. Nec diuersam explicatum, quamuis primo aspectu difficilem, habet Papinianus in l. cum quidam 12. §. pen. D. de his, quae vt indignis, ubi docet non denegari praelegatum heredi cuius nomen testator deleuit, quia licet huic hereditas auferatur, tanquam de voluntate testatoris male merito, indignoque, quem talem scilicet testator facto ipso deletionis declarauit, et suo velut suffragio damnauit. d. l. cum quidam 12. l. cum tabulis 16. §. vlt. de his quae vt indignis. l. 1. C. eodem tit. cum tamen eam notam indignitatis damnationisque non colligatur nisi ex facto deletionis, quae interdum in consulto a testatore fit. l. vlt. D. de iniusto rupto. l. 1. D. de his quae in test. delentur. l. 1. D. si tabulae test. non extabunt, et interdum ex animo, vt ad heredes ab intestato hereditas perveniat. l. 1. §. si heres. D. si tabulae test. non extabunt. l. vlt. D. de his quae in test. delentur. consequens etiam est non nocere eam deletionem, nisi illis, quae deleta et quatenus deleta sunt, quoniam et eo dumtaxat, et quatenus deleuit, vnita esse voluit testator, nec vltra voluntatis limites, deletionis facto signatos, extendenda est indignitatis praesumptio. et nota. l. 3. ad finem vers. cum praesens, D. de his quae in test. delentur, et ideo vnius heredis nomine inducto seu deleto, neque aliorum heredum institutione, neque legata

aut praelegata

aut prælegata a testamento relicto infirmantur. immo neque aufe-
runtur ei ipsi hæredi, cuius institutio deleta est. quia institutione
sola deleta indignum eum declaravit testator, institutione quam delevit
non autem prælegatis, quæ non delevit. l.2. et 3. D. de his quæ ut indig-
nis. his plura magis circa re, quam in ipsa Cuiacius. lib.16. quæstionum
Papiniani. et ad titulum de his quæ in test.o delentur. in d. l.2. et 3. Faber.
lib.12. coniect. cap.17.

N.°32. Ea vero non adversa sed diversa sunt. quæ ut ad-
versantia expendimus s. n.° 29. numque ex facilioribus ordiamur. in pri-
mis quod proponitur in d. l. si sequens. 15. §.1. ff. de S.C. Sylleniano. expedi-
tam rationem habet. et distinctioni nostræ perquam apposita, si meminer-
imus eius quod insinuavimus s. n.° 21. nempè eum, qui in ulciscenda
defuncti morte sciens cessavit. non modo indignum esse iuris consecu-
tione, sed etiam male meritum de defuncto, cui debitum officium pietatis neglexit,
denegavit. l.1. C. de his quibus ut indignis. l. portiones. 21. D. eodem tit.
idcircoque auferuntur ei non solum ea emolumenta, quæ aliquo iure
ex bonis defuncti iure suo, et iuris autoritate retineret, veluti bo-
norum possessio, contra tabulas in bonis liberti: d. l. portiones. 21. d. l.
si sequens. 15. §. ult. l. Iulianus. 37. §. ult. D. de bonis libertorum. l.2. §.
si nece, D. de suis et legitimis. l. si filius. 23. D. de iure patronatus. et de-
ductio quartæ Pegasianæ l.3. §. ult. D. ad Trebel. et retentio dotis
adventitiæ quam mortua in matrimonio uxore lucrari potuit
maritus. l. ei qui. 20. D. de his quæ ut indignis. l. cum mortem. 21. D.
de iure fisci. sed et multo magis ea quæ pendent. deferunturque
ex voluntate defuncti. cuius respectu propriè et principali-
ter indignus est, qui mortem eius non ulciscitur. et consequenter
negantur ei. et quadem merito legatum prælegatumve. d. l. si sequens.
15. §.1. plane quod deducitur, ex d. l. filium 9. §. omnibus. et §. non solum
D. de legatis præstandis: non est de legatis. aut prælegatis. hæredi ex
parte instituto relictis. sed de relictis filio, emancipato præterito,
qui contra tabulas

qui contra tabulas bonorum possessionem accepit, huic enim legatorum persecutio denegatur, quia voluntatem defuncti impugnavit. l. sed sub conditione 17. §. 1. D. de bon. poss. cont. tab. l. in servitute 16. § ad edictum quod. cum §§. seqq. D. de bonis libertorum, quamvis ipse filius sit ex numero exceptarum personarum, quibus ex edicto Praetoris de legatis praestandis relicta conservari solent. l. 1. et toto tit. D. de legatis praestandis.

N°33. Illud sane adhuc magis pertinet ad hanc praelegatorum quaestionem nondum penitus subactam est, quod Papinianus respondet in l. bonorum 22. D. de legatis praestandis, nempe bonorum possessione contra tabulas emancipato filio praeterito data, alterum filium qui in potestate fuit haeredem ex parte institutum, cui et legata seu praelegata relicta erant, non habere ea praecipua, aut quod idem est, non conservari ei ex edicto illius tituli sive bonorum possessionem contra tabulas commisso petierit ab emancipato adictu, simul cum eo acceperit. Et ei licet. l. 3. § si quis ex liberis. l. non putavit. 3 §. ult. l. si post mortem 10 §. ult. D. de bon. poss. cont. tab. sive eam non acceperit, contentus iure civili, quo nimirum ab intestato ad haereditatem vocatur. Ut erudit Cuiacius lib. 5. responsorum Papiniani in d. l. bonorum 22. D. de legatis praestandis, inter quas duas Papiniani assertiones, quamvis prior de eo, qui contra tabulas accepit, conveniat cum sententia d. l. filius 5. § omnibus et §. non solum, posterior tamen de eo qui contra tabulas non accepit, pugnat non leviter cum Ulpiano in l. virilis 3. § 1. D. de legatis praestandis. Ibi scriptum est, filio ex parte haerede instituto et legato ei relicto, si emancipatus praeteritus bonorum possessionem contra tabulas acceperit, conservari instituto tam haereditatis portionem quam legatum, dummodo ex utroque non plus habeat institutus quam perventurum est ad emancipatum l. Sabinus 6. cum l. seq. D. de legatis praestandis. Sed utramque explicat distinguitque duos casus Cuiacius in praelectione ad tit. de legatis praestandis in d. l. Sabinus 6. Primus est quoties filius ex parte institutus adiit portionem

emancipatus

emancipatus bonorum possessionem contra tabulas petijt. hoc enim verum est. conservari instituto hæreditatis portionem, et legatum, usque ad viriles, ex edicto, de legatis præstandis, d. l. 2. viriles 3. § 1. Secundus casus est. quotiens institutus hæreditatem ex testamento, repudiavit, postea quam bonorum possessionem contra tabulas, commissio ab emancipato adita, acceperit, aut non acceperit, contentus scilicet successione civili, quæ ab intestato ad se fertur. de instituto eiusdem repudiatione testamento, quo casu Papinianus respondet, non conservari instituto, legata, ut ea tamquam filius præcipua habeat, ex edicto, de legatis præstandis, quia quamvis aliquam instituto repudianti prælegatum, integrum conservatur, l. quæ filiabus 17. § ult. cum l. seq. l. filio pater. 37. D. de legatis. 1. l. cum proponas. 17. C. de legatis, id tamen obtinet, quotiens quis sic hæreditatem repudiat. ut eandem alia via non retineat, l. 4. § si quis. in fine. D. de doli et metus exceptione, cæterum, qui ex testamento omittit, et ab intestato hæres est. non probe, aut probabiliter, postulat legata ei conservari, ex defuncti iudicio, et testamento, quod destituto testatori exclusiue, elegit. l. quidam 7. l. si non solus. 10. § 1. D. si quis omissa causa testamenti. d. l. bonorum 22. quam tamen aliter exponit idem Accatius, in d. l. filio 8. § omnibus, D. de legatis præstandis, cum Accursio, Bartolo. et Alberico. in d. l. bonorum 22.

N. 34. Verum quæ hactenus de prælegato non capiendo. ei qui testatoris respectu indignus est. dissonamus, sicut his ipsis locis, de quibus hactenus explicandis, valde opposita sunt. ita et opposita omnino, contraria quæ ipsis sententia quæ docet, hæredi qui coactus adijt. quamvis neque ipsius causa neque testatoris respectu proprie indignus sit. ut probavimus. s. n. 26. et 28. prælegatum tamen auferri. l. ita tamen 27. § si supervacuum l. si patroni 55. § quid ergo. D. ad S. C. Trebell. quibus non vulgariter illustrandis, observandum imprimis est. Papinianum in d. l. si patroni. 55. § quid ergo.

dey hæredi coacto

dem haeredi coacto negat retentionem perceptionis et petitionem fidei-
commissi eiusdem haereditatis, quam fideicommissarius cui haeres res-
tituit, restituere eidem haeredi rogatus erat. Loqui eo casu quo haeres
coactus adijt, fuit ex asse institutus, totam que haereditatem restituere
rogatus, quae prima species est, d. l. si patroni 55. § qui fideicommis-
sam, et continuata ind. §. quid ergo. et ad eamdem speciem fideicommissi
totius haereditatis pertinet, d. l. ita tamen 27. § si perceptis. deinde
et sciendum est perceptionem, de qua ind. §. si perceptis, et ind. § quid
ergo. recte in haerede etiam ex asse posse considerari, quia ea forma
et modo relinquitur, ut haeres perceptis quibusdam rebus sive
acceptis ex haereditate retentis vel, totam haereditatem restituat. §.
si quis una 9. in fine, inst. de fideicom. haeredit. l. 1. § sed si quadrin-
genta D. ad Trebel. quo casu ea quae percipienda relinqui cen-
sentur, ut sint loco, et vice quartae falcidiae, l. si haeres 90. l. si
acceptis 93. D. ad leg. Falcidiam l. deducta 58. § accepti l. facta 63.
§. rescripto. D. ad Trebel. demique et praenotandum est, cum quis re
aliqua vel quantitate percepta haereditatem restituere rogatus
sit. apertam fere voluntatem defuncti esse ne perceptionem haeres
habeat. nisi haereditatem adierit. tum quia relinquit vice quartae
Falcidiae quae non nisi ab haerede post aditionem retinetur, tum
etiam quia qui vult haereditatem restitui percepta sive deducta
re aut quantitate vult utique percipi et deduci ex ipsa fidei-
commissi restitutione, ad quam pervenire non potest. nisi ab adeunte haerede et consequenter neque aliter vult eam percipere
quam si adierit.

N.° 35. Ex quibus singulis, multoque magis, si coniun-
gantur, non in obscuro ratio est, de qua ind. §. si perceptis. et
ind. §. quid ergo. haeredi qui coactus adijt, tam fideicommissum quam
perceptio negatur namque in priori, cum supponamus fuisse
utrobique haeredem ex asse institutum constat fideicommissi et

perceptionis eius.

perceptionis ius perpendi non ex tempore hereditatis aditionis, quae ex facto intercederet. d. l. si patroni 55. § qui suspectam, vers. neque ignoro, proinde succedit ratio, et regula d. l. in tertia 92. § qui suspecta, quando et heredem, qui coactus adijt, nullum commodum consequi debere, quod non haberet, sine aditione, quemadmodum in iure succedendi ex substitutione circa heredem ex ore diximus. 5. n.º 27. et 28. secunda ratio est, quia cum perceptio ex herede rogato hereditatem percepta rea aliqua, aut quantitate restituere, sit vice et loco quartae cui satisfacit, succeditque etiam eius computatur, quia hereditario iure et ex hereditate percipitur, d. l. si heres. 90. l. in quarta 91. l. acceptis 93. D. ad leg. Falcid. l. deducta 58. § acceptis D. ad SC. Trebel. consequens est, ut quemadmodum quarta heredi coacto adimitur, quia ut eo lucro allectus sponte adiret inducta fuit, ita et perceptio, quae eodem instituto et iure valida erat. arg. ex l. quia poterant 4. vers. nec quartam D. ad Trebel. [illegible] traditis 5. n.º 26. tertia denique ratio est, quia ut diximus, mea perceptionis formula de qua tractamus, et in fideicommisso, de quo in princ. d. § quid ergo ait non obscure voluntati defuncti, ut non aliter heres habeat, percipiat vel, quam si adierit, et restituerit. cuius tamen voluntate defuncti fuit, denegatur legatum praelegatum que heredi, qui repudiaverit, l. sed si non 33. l. quidem ergo 90. § 1. D. de legatis 1. § 9. et negatur heredi coacto, quia cum adire recusaverit, et coactus alieno que periculo adierit, proinde habendus est, quoad ipsius commodum ex aditione procedens pertinet, ac si non adijsset, seu repudiasset, d. l. in tertia 27. § qui suspectam, et § si perceptis. d. § quid ergo. quae ita interpretatur, quamvis aliter Curatius lib. 12. quaestionum Papiniani in d. l. filia 37. D. de legatis.

N.º 36. Praetoriam et nemo crevit, in explicanda l. heredi 15. D. de his quae ut indignis, cuius interpretatio perspicua est, ex l. 5. § qui principale.

De his quae ut indignis auferuntur, dictis in dicto. 5. n.° 31. et a Cinetio in
d. l. haeredi 15. lib. 6. responsorum Papiniani. oportebat igitur ridere ex re-
sponsionibus illis indignum, et emolumentorum iuris, aut voluntatis
testatoris destitutione affligi, aut intelligitur, quod pro quarto
argumento expendimus 5. n.° 11. de servitutibus actionibusque con-
fusis aditione non restituendis indigno, etiam post ereptam a fisco
haereditatem, namque in primis, quoad susceptorem taciti fideicom-
missi, in promptu ratio est. Itaque ei servitutes actiones quae adi-
tione confusae, non restituuntur, d. l. cum qui 18. § bonis. D. de his quae
ut indignis, quia cum ea confusio fiat, ratione quae iuris ratione
quae non patitur, ut creditor, qui debitori haeres extitit, et personam
debitoris induit per aditionem, sit suimet ipsius debitor, creditorque
l. Stichum 95. § aditio D. de solutionibus, l. Generaliter 71. D. de fideiussoribus,
et quando servitutes remittuntur, et restitutio actionis,
vel servitutis confusae pendeat ex iuris auctoritate, et auxilio
extraordinario, et ex aequitate indulgendo, sine quo extincta
semel actio, aut servitus, non suscitatur, d. l. cum qui 18. § bonis.
iuncta regula legis, quae res 98. § acceptilatio, nec admissum D. de
solutionibus, consentaneum fore porrectum, et consequens est, negari
eam servitutum actionumque restitutionem haeredi qui fide tacita
contraria data, et adeundo ut incapaci bona restituat, indignus
factus confesso est, auxilio legis, quam nunc implorat, et ante im-
pugnavit. l. auxilium 37. in fine, D. de minoribus. quoties enim fit
ut denegetur id restitutionis auxilium aliis indignis, qui tamen iuris con-
tra quam testatoris personae aut voluntatis respectu indigni sunt. l.
indigno 3. D. de his quae ut indignis, qualis est qui falsum testamentum
dixit, l. eius 29. § 1. D. de iure fisci. et qui sciens in hereditate vendita mortem
testatoris occisi celavit, d. l. eius 29. § ult. l. propter 21. § D. de S.C.
Silleniano. l. haeredem 17. D. de his quae ut indignis. ex ea parte tamen, qui
sine dolo malo negligens in vindicta defuncti fuit, quia non in quavis
genere mortis,

generemortis, et de ejus [illegible] ignorantiam, [illegible] testatoris [illegible]
naturalis que morte non violenta defunctus fuit. hinc non heredi, etsi
[illegible] negligentia, inquisitionis, indignus sit, quo [illegible] [illegible] tenetur.
ideo quamvis [illegible] subveniatur, [illegible] ne actiones, servitutes, que
in jure bona, ante aditionem, fuit [illegible], et redintegratio [illegible].
D. l. heredes 17. d. l. Papinianus 21 §. 1. quemadmodum, deinde, manifestum,
quod aequitatis ratione, et eorum restituendae actiones, servitutes
que heredi cui post aditionem, sive illius bona [illegible], [illegible]
inofficiosi [illegible] simili. l. ex qua 21 §. ult. D. de inoff.° test.° l. si me-
ritum 22. C. eodem, tit. l. a liberto. 35. D. de bonis libertorum, l. [illegible] D. com-
munia praediorum l. 2 §. ex quibus 12. et §. seq. D. de hereditate vel actione
vendita. l. si servus 10. in fine. et §. 1. l. legatum 46. §. ult. D. de legatis
1. l. Papinianus 12. D. de servitutibus. nec dissimile rationem habet,
quod scilicet heredi qui Trebelliano S. C.° totam hereditatem, fideicom-
missario restituit, servitutes, actionesque aditione confusae, conser-
vari ipse restitutionis, atque ita, nihilominus affecta [illegible] va-
lere; l. si heres 73. §. ult. (quae ita accipias) D. ad S. C. Trebell. [illegible]
heredi coacto, quia cum neque viri, neque testatoris, respectu indignus
sit, sicut ex aditione, quam coactus, alieno que periculo fecit, nullum
commodum percipit, ita nec detrimentum sentire debet actionis, ser-
vitutis ex coaditione confusa. [illegible] ex l. [illegible] 27. §. [illegible] Trebellian.
u. [illegible] 59. D. ad Trebell. [illegible] regula, legis secundum [illegible] D. de regulis
iuris, [illegible]

N.° 31. Quinta, [illegible] quae argumentum [illegible] n.° 11. fuit ex
[illegible] l. [illegible] 12. [illegible] D. de [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] mala fidei possessorum

malæ fidei possessoris hæreditatis, a quo ea petitur, convincitur quæ non modo res, aut fructus, ex hæreditate distractos, sed etiam pretiorum usuras restituere debere. l. item veniunt 20. § petitam cum §§. seqq. D. de hæreditatis petitione post litem autem motam, etiam possessorem bonæ fidei pretii rerum ante litem motam venditarum usuras debere. l. 1. C. de hæreditatis petitione. Secundo quia constat heredes indignos et interdictos rerum aut fructuum ante litem motam distractarum usuras præstare compelli post litem motam d. l. cum quis 18. in princ. l. 2. C. de his quibus ut indignis, at tamen negari non potest eum, qui ex causa taciti fideicommissi hæreditate arcetur, non solum bonæ fidei possessore peiorem, sed quod amplius est, malæ fidei comparari, exemplo aliorum indignorum d. l. cum quis 18. in princ. l. praedonis 46. D. de hæreditatis petitione. l. cum quidam 17. § in tacito D. de iure fisci, quin imo et deterioris bonæ fidei possessoris, qui interdum iure ille qui in vindicatione cessavit, circa fructus et actiones aut servitutes confusas. l. hæredi 17. infine D. de his quæ ut indignis. l. propter 21. § 1. D. de S. C. Syllaniano, non concedi ei qui tacitam fidem adhibuit. d. l. cum quis 18. in princ. et § bonis, quo circa absurdum et iniquum videbatur susceptori tacitæ fidei indulgeri ab onere dependendi immunitatem, qua non tantum alii indigni, et malæ fidei possessoribus, sed etiam bonæ fidei eximeretur. neque in his difficultatibus explicandis, quas nec plene professoris satis expenderunt, alii, aut expresserunt, pro priorum sententia, quia refert, et repellit multis, et praeter alios vnus noster Amaya lib. 3. observat. cap. 2. nº 27. et seq. inmo ne quidem acquiescere a bona veritatis fide et conscientia promendum distinctio habeis adhibita d. cap. [illegible] 97. [illegible] ex hæreditate venditarum et [illegible] hæreditariis [illegible] distractorum [illegible] post litem motam [illegible] d. l. 1. C. de his quibus ut indignis, et [illegible] in hæreditate [illegible] [illegible]
[illegible] habuit.

habuit, nec vendidit. ad quam speciem refert Severi rescriptum, in d. l. eum quis 13. vers. sed Divus. nos cumque acquiescimus. ergo quia ut legioni alia omittam tractari in d. l. 2. non solum de rebus, aut fructibus, in hereditate inventis, sed etiam de perceptis, ab indigno herede venditis quae constat ex fine eiusdem legis §. 1.º ibi: quae in praediis hereditariis invenerit, aut inde perceptos vendiderit. ergo etiam quia quoad d. l. eum quis 13. vers. sed Divus. observandum est Papinianum, ibi in verbis immediate praecedentibus, in principio orationis et regulariori: respondisse omnes post litem motam restitui debere, eorum fructuum quorum gratia percepti fuerunt per venditionem scilicet facti ab herede; non autem eorum quos in usu heres habuit, quorum gratia sine mora restitui satis erat. quo respondito, deinde per adversativam vocem sed. et quasi ex novo benigniore quaerens ex Severi rescripto subiungit in d. vers. sed Divus. citra distinctionem temporis ante aut post litem motam fructus deinceps tenet deberi: non etiam omnes eorum intelligendum necessarium est, de fructibus venditis ab herede, non autem de illis quos in usu habuit, in quibus [illegible] spem proximam, et ante rescriptum asseverat.

N.° 38. Quare ut res explicetur, quae nullo forsitan in hoc tractatu et iuris arte implicatior: obscurior nullo. standum puto vel maxime est illa indignorum distinctione quam in nobis sufficit, quoad alias iuris quaestiones supra firmitam addibitam quae tentat quoad hanc praesentem Faber, in rationalibus ad leg. heres. 51 §. 1. pag. 381 D. de hereditatis petitione. et de erroribus. decade 22. errore 10. quem inmeritò in hac re notat Amaya d. cap. 2. n.° 33. igitur quoad omnes fructus praestandos distinguendum est heres indignus ex causa taciti fideicommissi, et indignus ob dominii vindictam defuncti: nam que in priori casu indignus non est tortitonis respectu: sed sola et stricta iuris censura, et quidem ex caducariis legibus Iulia et Papia quibus poena, ex fidei commisso tacita inducta est. ut probavimus 5.° n.° 9. N.° 39.

quaque scilicet.

quaque subiicit caducariae leges, semper odiosae visae sunt. l. unica in princ. C. de caducis tollendis. maior itaque ratio fuit benignitati; inde elegantia quae erga eum exercenda d. l. cum quis 13. vers. sed Divus. in posteriori autem, qui non solum indignus fuerit, sed etiam erga testatorem ingratus inofficiosusque sit: eum debitum officium pietatis sciens negaret, dum solum graviorique indignitate, graviorem coercitionem meretur. d. l. 1. C. de his quibus ut indignis. unde et effectum est ut quamvis Imperator Severus in epistola ad Celerem rescripserit, ab eo qui defuncti vindictam sciens neglexit, universa inferri debere post litem motam fructum ante venditorum, sive invenerint in haereditate, sive perceperit. d. l. 1. C. eodem tit. de his quibus ut indignis. eoque exemplo Papinianus staretur, et responderet in haerede cui ex tacito fideicommissi causa haereditas aufertur. d. l. cum quis 18. D. de his quae ut indignis, postea tamen ab hoc haerede idem Severus fructus duntaxat praestari non etiam usuras sine distinctione temporis, ante aut post litem motam, benigne decrevit, statuitque. d. vers. sed Divus. carpens nimium corrigensque in hac parte ut in ll. Imperator. D. de his qui notantur infamia Iuliae et Papiae legum, tenebrosum rigorem ut Iustinianus loquitur in d. l. unica in princ. C. de caducis tollendis. quemadmodum et in aliis iuris casibus declinavit eandem leges Severum testatur Tertullianus in Apologetico adversus gentes, cap. 4. cuius sensum in hac re explicant post eum quem expiunt. Palemon et Cardano in annotationibus.

N° 39. Hac admissa distinctione non urgent nimis, quae in contrarium expendimus s. n.° 37. si animadvertas haerede indignum ex causa taciti fideicommissi, a Bavre simili non esse vere iuris possessorem praesumptum malae fidei, immo plus iuris in haereditate habet, post aditionem et consequenter dominium verum haereditarium manet quae haerem etiam postquam ei ut indigno bona eripiuntur, l. ex facto. 43. §. Iulius. D. de vulg. l. si quis 33.

l. siquis. 33. D. de religiosis, iuncto §. ult. inst. de haeredum qualit. et diff. ideo minus non est, in administro tacitae fidei. quare et de cuius defuncto dati incurratis laesione, indignitate, et caducorum odium facit locum indignitati exerceri eam, saltem in eo, ne fructuum usuras restituat. d. l. eum, qui. 18. vers. sed Divus. non tamen si retineat usuras pretij veri venditorum, quas et bonae fidei possessor praestat post litem contestatam, et ante illam, quatenus locupletior factus est. l. 1. in fine C. de haereditatis petitione nec ad rem pertinet quod et in princ. d. l. 18. et in d. l. 1. C. de his quibus ut indignis. indignum haerede ex causa taciti fideicommissi; et eum qui in vindicta defuncti negligens fuit, negatur bonae fidei possessorem esse, quia praeterquam quod in eo verius auctores in dictis locis non utuntur verbo veritatem exprimente, sed fictionem improprietatemque nempe videtur: quia nec vere est malae fidei possessor. aut praedo. sed intelligitur praedonis loco. l. praedonis. 26. D. de petitione haereditatis, respicit proprie id ipsum, et referendum est ad emolumentum fructuum quos omnes, integrosque reddere indignus haeres cogitur. d. l. eum qui. 18. d. l. 1. C. de his quibus ut indignis, l. cum quidam 17. D. de usuris. cum tamen bonae fidei possessor non praestet fructus ante litem contestatam nisi quatenus locupletior factus est, d. l. 1. C. de haereditatis petitione l. item veniunt. 20. §. propter, vers. etiam cor. l. illud. 40. §. praedo. vers. in bonae fidei. D. eodem, iunctis traditis ab Amaya lib. 2. observat. cap. 2. n.º 76. et in d. l. 1. C. de delatoribus. lib. 10. n.º 53. est autem fidei tacitae susceptor melioris conditionis quoad fructuum usuras, quas nunquam praestat, d. vers. sed Divus, quam quoad fructus ipsos. quos integros restituit, d. l. eum qui. 18. in princ, quia quamvis usurae obtinere soleant vicem fructuum l. usura 34. D. de usuris, semper tamen durior censetur, odiosiorque praestatio usurarum, et favorabilior restitutio fructuum, quoniam fructus sunt accessiones naturales ex

haereditate percepta

hereditate percepta, quibus indigno ereptis: non fit ille locupletior. sed tamen non locupletior, dum restituere cogitur: id quod percepit ex hereditate qua indignus est, et emolumentum omne ei auferetur, ut scriptum est, in d. l. cum quidam 17. §. in tacito. D. de usuris. econtrario autem usura non tam ex hereditate, aut re ipsa nempe pecunia sua natura sterili, quam ex negotiatione et industria possessoris percipi intelliguntur. l. usura 121. D. de verb. signif. l. si non, §. 2. D. de rei vindicatione et ideo quamvis fidei tacite susceptor usuras non restituat, nihil ex hereditate retinere creditur. & notat in proposito Faber de erroribus, decade 33. errore, 10. n.º 4. nec non obstat id, traditis quod tandem expendimus. d. n.º 37. nempe indigno ex causa inultae mortis defuncti tribui interdum defensionem, et ius bonae fidei possessoris, quoad fructus, et actiones confusas. l. heredem 17. D. de his quae ut indignis. quae tamen defensio negatur indigno ex causa taciti fideicommissi. d. l. cum qui. 13. §. bonis, quippe meminisse oportebit, eam defensionem bonae fidei dari ei soli qui ignoratione facti decessus omisit vindictam defuncti, quem sua ratione (?) non violenta morte functum putavit. l. heredem 17. l. 21. §. 1. D. de S.C. Syllaniano, diximus. 5.º n.º 36. quo sane casu nec fructuum usuras praestare cogitur indignus, qui ignorans omisit vindictam defuncti, nam quod traditum est, de usuris praestandis pertinet dumtaxat ad eos, qui debitum officium pietatis scientes omiserunt, ut signanter scriptum est, in d. l. 1. C. de his quibus ut indignis. proinde indignus ob fidem tacitam non est melioris conditionis, quam indignus ob omissam vindictam, quo casu huic bonae fidei defensio suffragatur. sed quotiens ea in hoc deficienta quia sciens in vindicta defuncti negligens fuit. duplex graviorque indignitas concurrit.

Ex quibus explicanda

N.º 40. velut pro coronide est, quaestio in foro nobilis, an scilicet heres tacitae fidei susceptor, teneatur in conscientia, ut aiunt, ea bona

de quibus tacite

de quibus tacite rogatus est restituere, in qua quaestione quamvis teneri eum radere fisco etiam ante condemnationem consuerint post Bartolum in l. ult. D. de his quibus ut indignis, relati a Menochio in rubrica C. de fideicommissis, n.° 12. Farinacio. in fragm. criminalium [illegible] fiscus n.° 209. verius tamen est, posse haeredem conscientia illam retinere ea bona. nec interiori iure obligari, ut incapaci aut alii restituat, vel fisco ante condemnationem, quia ut diximus dominus potius est, quam nuda fideicommissarius, tum etiam quia voluntas defuncti et gravamen restituendi incapaci cum contra formam legum et sententiam sint, pro non scriptis habentur. manetque institutio sine onere restituendi l. 2. l. conditiones, 14. D. de conditionibus institutionum, nec restituendi fides defuncto data ab haerede obligat eum naturaliter, sive in conscientia, pro qua re expendo singulare, ut ego quae signavi. Ponsonij locum in l. si quis sub conditione 7. D. de condit. institutionum ubi cum quis haeredes instituisset sub conditione si cavissent, seu promisissent, legata ex testamento solutum iri aditionem, respondet inprimis remitti eis conditionem, ut tanquam sine illa pure instituti adire possint, quoniam in fraudem legum, fortasse Iuliae et Papiae, quae personis quibusdam, veluti caelibi et orbo, legata capi prohibent, praesumitur adiecta conditio, ut tanquam promissa caperent, quae tanquam legata non poterant. ut in l. qui testamentum 27. D. de probat. subiungit autem in fine d. l. 7. quod si quis non petita conditionis remissione eam promittendo impleverit, mox quae adierit, teneatur quidem mero strictoque iure civili, quia leges, quae ex testamento capere prohibent, non statim capere prohibent ex promissione arg.to ex l. ita fidei 40. § ult. de iure fisci, iuntis traditis s.° n.° 14. et seqq. et tamen, quia promissio in fraudem legum facta est contra actionem ex promissione tuendus est exceptione scilicet doli mali, quae generaliter tribui solet, quotiens iure vel facto petendi dolus versatur.

dolus versatur. l. 2. §. et generaliter. D. de doli mali et metus exceptione. quia propter eum et ea exceptio contra actionem civilem tibi competentem, datur haeredi in specie d. l. si quis sub conditione. 7. ex naturali equitate princ. inst. de exceptionibus. l. qui equitate 12. D. de doli mali et metus exceptione. et haeres ne in ea poci restituat naturali aequitate adiubetur. consequens est posse eum retinere naturali iure ea bona, et consequenter in conscientia quomodo hoc ipsum cum sexcentis alijs, firmant et docent, post multos Covarrubias, de sponsalibus. 2. p.te cap. 3. §. 8. n.o 9. et ex eo, Plaça in epitome delictorum lib. 1. cap. 4. n.o 25. Amaya in l. 1. C. de delatoribus. lib. 10. ex n.o 29. Diana 5. p.te resolutionum moralium tract. de casibus occurrentibus tempore mortis. resolutione 12. n.o 2.

FINIS ET GLORIA DEO.